

1620. in civitate Trecensi in Gallia (1). Sacro fonte regenerata fuit eadem die qua ortum duxit, in ecclesia S. Joannis, et Margaritae nomen impositum (2). Sacro christum in fide roborata fuit, et aetate decem annorum ad sacram synaxim primum accessit (3). Undecim cum esset annorum, matrem amisit; sed tanta jam erat prudentia, ut pater curam familiae ipsi confiderit: „ Il padre vedendo nella Serva di Dio i segni di una saviezza più che ordinaria, le confidò la cura degli altri suoi figli, e della casa (4).
6. In paterna domo cum moraretur, patrem suum reverenti prosequatur obsequio, eidemque omnino se subiciebat (5). Ipsa autem vel a prima juventute qualis matura aetate futura esset ostendit, cum puellas aetatis suae in solitaria loca congregaret, easque ad christianam pietatem institueret. „ Si abitò a riunire le sue giovani compagne in luoghi solitari, per far loro il catechismo, ed esercitarsi nelle pratiche della pietà, e delle virtù della loro età „ (6). Eadem D. S. haec in suis scriptis fassa est: „ Fin dalla mia piccola gioventù, Dio mi aveva dato una inclinazione per riunire le piccole fanciulle della mia età, e lavorare insieme in un luogo ritirato. Io non aveva conosciuto alcuna Comunità: facevamo questo da fanciulli „ (7).
7. Animum ad virtutes omnes colendas tam bene comparatum, novis incitamentis Deus provehere voluit. Cum enim vigesimum aetatis annum attigisset, die dominica Octobris anni 1640, in pia supplicatione, Beatissimae Virginis simulacrum, quod super majorem Ecclesiae januam extabat, ipsi apparuit splendore micans. Dei Famulam animi sui commotionem enarrantem audiamus „. Dopo la commozione che ebbi alla vista di questa santa immagine, feci ritorno alla casa così toccata, e così cambiata, che ciò apparve a tutti. Sapendo ognuno bene che io

(1) *Summ. Num. II. pag. 6. §. 8. alibique passim.*

(2) *Summ. Num. II. pag. 9. §. 25. et alibi.*

(3) *Summ. Num. II. pag. 9. §. 20.*

(4) *Summ. Num. II. pag. 8. §. 18. alibique.*

(5) *Summ. Num. II. pag. 20. §. 81. alibique.*

(6) *Summ. Num. II. pag. 10. §. 27. alibique.*

(7) *Summ. Num. II. pag. 8. §. 19. et pag. 19. §. 79.*